UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsqve Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CCCLXXVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63213

Visual Library

proprietatem. Ita concludit Bal. in d. l. multum intereſt nu. 4. de cõ mun. rerum aliena.

2 Limita ſecundo non procedere, quando fiſcus non interpellauit primo ſocium, an vellet emere partem ſuam: nam ad hoc vt procedat hæc regula, debet fiſcus prius interpellare ſocium. Ita tenet Bal. in d. l. ij. C. de commu. rerum aliena. quem ſequitur Ripa in l. ſerui electione. in. §. labeo nu. 15. ff. de lega. j. Iaſ. in l. fi. nu. 11. C. de iure emphyteu.

REGVLA CCCLXXVI.

FORMA rei peremptæ, ſi aliquid ex materia remaneat poteſt durare circa illud quod remanet prior diſpoſitio ac ius actio, & obligatio. Hanc regulam probat tex. in l. domo pignori data. ff. de pign. actio. & in l. Paulus. in. §. domus. ff. de pigno. vbi combuſta domo pignorata, vel diruta, ita quod ad aream ſit redacta, durat pignus in ea. Facit in l. ſeruum filij. in. §. ſi pocula. ff. de lega. j. vbi legatum poculorum debetur, licet deſierint eſſe pocula, & fuerint ad maſſam redacta. Facit etiam text. in l. ſi ſeruus in. §. boue. ff. de condictione furti. vbi mortuo boue mihi ſubtracto, poſſum vendicare carnes, corium, & cornua. Eandem regulam probat etiam tex. in l. ſi ego. in. §. idem ait. ff. de publicia. in rem actio. vbi diruta domo competit habenti publicianam actio ad aream & cæmenta.

Hanc regulam ampliat decem modis, & limitat nouem modis Alber. Brun. in tract. de interitu & peremptione, in 6. concluſione: a nume. 23. vſque ad nu. 49. in 17. volum. tract. diuerſorum doctorum fol. 91. col. 4.

REGVLA CCCLXXVII.

FORVM ſui originis mutat mulier nubendo viro alterius fori. Hanc regu. probat tex. in l. cum quædam puella. ff. de iuriſdict. om. iud. & in l. exigere dotem. ff. de iudi. & in c. j. de ſponſ. & in l. fi. in. §. idem reſcripſerunt. ff. ad municip. Circa quam regu. vltra Doct. in ſupra dictis locis, vide Chaſſa. in conſuetu. Bur. in ti. (Des droits.) Rub. 4. §. 2. fo. 134. col. 3. nu. 12. in ver. aduerte quod ſi vir. Frã. Cur. Iun. & ibi Iaco. in d. l. cum quædam puella. & in d. l. exigere dotem. Feli. in d. c. 1. num. 24. de ſponſa. Iaſ. in l. ſi arrogator. nume. 41. de adoptio. Augu. Bero. in q. cviij. Tiraq. in legib. connubia. in gl. j. nu. 50. Hiero. Grat. in conſi. cxiij. lib. ij. & ea quæ infra dicam in regula incip. Statutum.

Hanc regulam ampliat tribus modis Iaſ. in d. l. cum quædã puella a nu. 1. vſque ad 4.

1 Limita primo, non procedere in vxore putatiua. Vt in l. de iure §. fi. ff. ad municip. gloſſ. in c. eos. xxxij. diſtinctio. & in c. iij. in